Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ihm. Et valde mane vna sabbatorum venerunt ad monumentum:
orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nob'
lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes: viderunt re
uolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeun
tes in monumentum: viderunt iuuenem sedentem in dexteris co
opertum stola candida. & obstupuerunt. Qui dicit illis. Ne
lite expauescere. Jhm quaeritis nazarenum: crucifixum. Sur
rexit: non est hic. Ecce locus: vbi posuerunt eum. Sed ite
dicite discipulis eius et petro: quia praecedet vos in galileam.
Ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Off. Terra tremuit et quie
uit dum resurgeret in iudicio deus alla. Secreta. Suscipe qs dne
preces ppli tui cum oblationib; hostiar: ut paschalibus initiata
mysteriis ad eternitatis nobis medelam te operante pficiant. P
Prefatio. Te quidem. Communicantes et diem Con. Pascha nrm
immolatus est xpc alla. itaq; epulemur in azimis sinceritatis et ve
ritatis. Compl. Spiritum nobis dnne tue caritatis infunde:
ut quos sacramentis paschalibus saciasti: tua facias pietate
concordes. Eiusdem. In octaua paschae officium.
Omnipotens sempiterne deus: qui nos resurgentem de mortuis
hac alla alla alla. ps. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo
iacob. Oratio. Presta quesumus omnipotens deus: ut qui festa
paschalia peagimus: hec te largiente moribus et vita teneamus.
Lectio. Omne quod natum est ex deo. Lectio e. b. Johis apli. Y
vincit mundum. Et hec est victoria que vincit mundum:
fides nostra. Quis est autem qui vincit mundum: nisi qui cre
dit quoniam ihs est filius dei. Hic est qui venit per aquam & sanguinem
ihs xpc non in aqua solum: sed in aqua et sanguine.
Et spiritus est qui testificatur quoniam xpc est veritas: quia tres sunt
qui testimonium dant in terra. spiritus aqua et sanguis. et tres
unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in celo: pater
verbum & spiritus: & tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus
testimonium dei maius est: quoniam hoc est testimonium dei quod